



5092.

No 18.

06

26

1670, 3,

13

Q. D. B. U.

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

RECOGNITIONE
INSTRUMENTI,

Quam

Authoritate ac Decreto

Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi Cto-
rum Ordinis in Illustri Academia EBERHARDINA,

PRÆSIDE

DN. BURCKHARDO BAR-

DILI, U. J. D. & Pand, Prof.

Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure honores ac Privi-
legia rite & legitime consequendi,

IN AULA NOVA

Ad diem 18. Junij.

Publico atq; solenni Eruditorum Examine subicit


HENRICUS Otterstedt / Staden.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN-HENRICI REISL,

ANNO M. DC. LXX.





PRÆFATIO.



Um superato utroque examine Disputationis Inauguralis pro more habenda cura mihi incumbere videbatur, materiam aliquam utilem ac in foro frequentem seligere cogitavi, secundum monit: Jcti Pauli in l. 25. de liberat. le-

gat. Et fortè occurrit illa de recognitione instrumenti materia, de quâ quidem parum exacti hætenus elaboratum exstare memini, cujus tamen usum in praxi frequentissimum esse, nemo facile, nisi qui communis vitæ planè hospes fuerit, in dubium vocabit. Eapropter existimavi me operæ pretium facturum, si de ea nonnulla consignarem, locoque Disputationis, ut vocant, Inauguralis exhiberem. Quæ si non eâ, quâ par erat, exactitudine à me pertractata fuerint, facilem veniam apud æquum censorem me consecuturum spero, cum aliàs temporis angustia propter prægnantes studia mea aliò avertendi rationes, mihi vix ac ne vix quidem permiserit, paucula hæc saltem in subsidium maturiori judicio atque futuris cogitationibus præparasse. procedat itaque bono cum DEO.

THESIS I.

Circa hanc Recognitionis Instrumentorum materiam, duo in limine statim consideranda veniunt. I. Onomatologia. † II. Pragmatologia. † Onomatologia † invol. 2. 3. vit 1. Etymologiam. Dicitur † recognitio à recognoscendo.

06

26



6. do. Recognoscere † autem nihil aliud est, quàm approbare, agnoscere, revidere, relegere. *l. 56. ff. de V. S.* Non † enim cognoscuntur Instrumenta, quòd illa ipsa sint de quibus agitur, nisi ante à nobis conscripta, signata, inspecta & visa fuerint. II.
- 8.9. Homonymiam. † Variè † autem Vocabulum Recognitionis in jure nostro accipitur. Aliquando enim significat dispunctionem. *l. 15. §. 1. ff. de reb. aut. Ind. poss.* Nonnunquam † eidem opponitur *l. 56. de V. S.* & dispungere ad rationes refertur. Wegner. *d. l. 56. num. 5.* Est † enim dispungere, quasi punctis discernere, & distincta invicem conferre, eo scilicet fine, ut per collationem appareat, an, quid & quantum accepta & data sese excedant, si-ve computare & subducere rationes. Wegner. *Godd. d. l. Fre-*
12. quentius † denotat approbationem, agnitionem. Et, vel approbat quis alicujus superioritatem. Quo sensu Vasallus feudum si-ve feudi dominum dicitur recognoscere, beneficii sc. sui auctorem, ei-que illud acceptum referre, *lib. 2. F. tit. 27. tit. 34. §. 3. Molin. ad consuet. Paris. §. 55. Gl. 6. Subditi Dominum. vid. Sutor. tr. de Edend. §. 128. Emphyteuticarius Dominum directum, Chassan. ad consuet. Burgund. Rub. XI. des censés p. 1395.* Et quæ † sunt aliæ hujus vocabuli significationes. *vid. Richt. part. 2. decis. 77. n. 73. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 83. num. 13.*

II.

1. Hoc loco vocabulum Recognitionis ad scripturas refertur. *d. l. 56. ff. de V. S. l. 1. l. 4. ff. testam. quemadm. aper.* Et recognoscere scripturam, est contenta scripturæ approbare. Cùm verò hoc ipsum non uno fiat modo: Atque hujus Recognitionis
2. octo † recenseant species ex Dd. nonnulli. Sigmund. *Scacc. de Judic. causar. civil. & criminal. lib. 2. cap. 11. num. 933. & mult. seqq.* & ex eo Johann Dominicus Gaitus *Italus in tr. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 1617. & seqq.* Et scripturam recognoscere dicitur, † quando (1) is, contra quem producitur, acceptat seu confitetur, vel aliter habet illam scripturam, pro scripturâ, seu manu illius, à quo adversarius producens dicit fuisse scriptam. *Gait. d. l. Scacc. d. l. vel recognitio scripturæ † possit fieri per testes, qui habent notam manum ejus qui scripsit, aut præsentes fuerunt dum*

dum scriberetur, vel sese subscripserunt illi scripturæ. Nec non
 (3.) per † comparisonem literarum fieri recognitio possit. *l. com-* 5.
parationes. 19. C. de fid. Instrument. Et tandem † is dicatur scri- 6.
 pturam recognoscere, qui excipiens contra illam, eandem postea
 inspiciendo approbat. Eapropter in limine statim monendum fuit,
 ultimam hanc Recognitionis speciem fore considerationis nostræ
 objectum.

III.

Instrumenti † quoque vocabulum non uno eodemque mo- 1.
 do accipi constat. In Genere † Instrumentum est omne id, quo 2.
 res quæcunque instruitur, ab instruendo sic dictum. Unde in
 Judiciis generali instrumentorum nomine omnia accipienda sunt,
 quibus causa instrui potest, etiam testes. *l. 1. ff. de fid. instrum.*
l. 99. §. 2. ff. de V. S. Verum enimverò † cum testes speciale 3.
 nomen assumerint, scripturæ, quæ semper & ab initio tantum
 in hoc est confecta, ut eadem causa instruat, specifica instru-
 menti appellatio usu accedente relicta est. Wegner *ad d. l. 56.*
ff. de V. S. num. 4. Licet † verò aliàs instrumenti appellatio, 4.
 strictè & propriè loquendo scripturam privatam non contineat.
l. 1. C. de jurejur. propter calumn. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const.
17. defn. 3. num. 1. Sed † Instrumentum dicatur illud, quod à 5.
 Notario, qui est publica persona, conficitur juxta LL. vel statu-
 torum præscripta, *R. X. de Ann. 1512. tit. von Notarien. Domin.*
Gait. de Credit. tit. 1. cap. 3. num. 19. Hoc tamen † in loco in 6.
 latiori sumitur significatu, ita ut instrumenti appellatione omnia
 literaria documenta, de quorum fide ac veritate dubitari potest,
 (vulgò *brteffliche / schriftliche Urkunden*) comprehendat. *vid. Fürstl.*
Württemberg. Landr. part. 1. tit. 35. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const.
17. defn. Maxime, † cum hæ quoque privatæ scripturæ, in ju- 7.
 re nostro, instrumentorum nomine venire dicantur. *arg. l. 5. C.*
de probat. l. 4. ff. de pignor. l. 20. & Auth. seq. C. de fid. instrum.
Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. d. 3. num. 4. Quin imò † 8.
 si non de ipsâ scripturâ, sed de ejus subsignatione & sigillo dubi-
 um existat, tunc ubi sigilla solum recognoscuntur, quòd ne scri-
 ptura reddatur suspecta, omninò faciendum, juxta *l. 1. §. fin. l. 4.*

ff. testam quemadm. aper. Unde hæc sigillorum recognitio, ad nos etiam pertinebit.

IV.

1. PRAGMATOLOGIA † exhibet I. Definitionem
2. Est † itaque Instrumenti Recognitio in hoc nostro significato nihil aliud, quàm Actus, quo quis scripturam contra se productam, de cujus fide ac veritate dubitatur, per ocularem ejus inspectionem approbat. Generis † loco dicitur Actus, quod generale nomen est. *l. 19. de V. S.* Utrum † verò Actus sit judicialis, an verò extrajudicialis, deinceps dicturi sumus. Reliqua † verba Definitionis continent Differentiam Specificam, sive formalitatem Recognitionis hujus nostræ, quatenus scilicet, vel ab aliis approbationibus, vel recognitionibus discernitur, de quibus in explicatione Formæ commodior dicendi dabitur locus.

V.

1. 2. II. Divisionem. † Recognitio † autem hæc nostra
3. dividitur (1) in Expressam & Tacitam. Expressa † est, quando quis expressè dicit, in hæc scripturâ contenta vera esse, eamque
4. suam esse aut suo nomine confectam. Tacita † dicitur, quæ colligitur ex factis & actibus, qui citra jus & nomen recognitionis fieri non
5. possunt. Quæ † autem facta talia sint, infra dicturi sumus. *vid. interim Domin. Gait. tract. de Credit. cap. 2. tit. 7. num. 2618. 2621. Gilken. ad l. fin. C. de fid. Instrum. n. 6.* (2) Recognitio † Instrumenti alia Vera est, alia Ficta. Quæ † toties contingit, quoties instrumentum in contumaciam partis, contra quam
7. producitur, pro recognito atque confessato habetur, quæ etiam realis recognitio dicitur à nonnullis. *Gait. d. l. num. 2911. Add. Carpzov. Ip. For. part. 1. const. 17. def. 13. Gilken, ad l. f. C. de fid. Instrum. num. 7. Scacc. de Indic. causar. civil. lib. 2 cap. 11. num. 1055. Rubr. Mudo VIII. Gait, d. l. Berlich. part. 1. concl. 44.*
8. (3) Ab objecto † dividi potest in recognitionem scripturæ propriæ & alienæ. *Carpz. Ip. For. part. const. 17. def. Berlich. part. 1. conclus. 44, num. Domin. Gait. de credit. tit. 2. cap. 8. Scacc. d. tract.*

d. tract. lib. 2. cap. 11. num. (4.) Alia † est plena, alia minus 9.
 plena. *vid. Sutor. tract. de Edend. §. 266. Scacc. d. Iudic. lib.*
2. cap. 11. n. 1080. (5.) Alia est † recognitio privati alia publici 10.
 instrumenti, *vid. th. 20. 21. Carpzov. Proceß. tit. 14. Art. 3. n.*
49. (6.) Dividi † potest in recognitionem scripturæ, & Sigilli 11.
 in specie.

VI.

III. Causas † Recognitionis exhibet, quæ vel sunt exter- 1.
 næ vel internæ. Ad illas † pertinet Causa Efficiens & Finis. 2.
 Causa † Efficiens est vel Remota vel Propinqua vel Proxima. 3.
 Causa † Remota recognitionis est Jus, quod instrumentis, 4.
 contra aliquem productis, quando de eorum fide atque auctori-
 tate dubitatur, non aliter attribuit vim probandi, quàm si fuerint
 recognita. Et † Romanorum quidem LL. non planè incogni- 5.
 tam fuisse recognitionem, textus ostendunt quàm plurimi Un-
 de Ulpian. *in l. 4. ff. testam. quemadm. aper.* Cùm † ab initio 6.
 aperiendæ sint tabulæ, Prætoris id officium est, ut cogat signato-
 res convenire, & sigilla sua recognoscere, ne videlicet eo omisso,
 tabulæ reddantur suspectæ. *l. 1. §. fin. ff. eod.* Faciunt textus
in l. 56. ff. de V. S. l. f. C. plus valer. quod agitur l. 1. §. 8.
ff. l. 21. in f. C. ad L. Corn. de fals. Tametsi † negari non pos- 7.
 sit, multam habere hanc recognitionis materiam, ex jure consue-
 tudinario, uti ex sequentibus patebit. Eandemque † propterea 8.
 juri consuetudinario adscribunt nonnulli, quos inter est Rutger.
 Ruland. *tract. de commissar. part. 5. lib. 2. cap. 39.* Sutor. *tract.*
de Edend. Concordant † diversarum Provinciarum Jura Statuta- 9.
 ria, hanc recognitionem in casibus infra scriptis exigentia. Or-
 dinatio Provincialis Saxonica *Tit. 25. §. weil auch dann Württem-*
bergica, part. 1. tit. 35. Rubr. von Einbringung der schriftlichen
Bekunden / und Edition gemeiner Documenten. Licet † verò 10.
 dubitare nonnihil liceat, num in Ducatu Bremensi aliquis sit re-
 cognitionis usus, cum teste Dn. Mæv. in hoc Ducatu sine re-
 cognitione instrumentorum processus executivi decerni soleant.
Decision. summi Tribunal. part. 3. decis. 172. num. 2. Et instru-
 menta † etiam privata nonnunquam paratam hæeant executionem. 11.
 refe-

11. referente eodem Max. d. l. num. 1. Attamen † cum hoc ipsum non semper & ubique verum sit, sed multis in casibus fallat, proinde de hoc Ducatu idem affirmare nulli dubitamus.

VII.

1. Introdūcta † autem est hęc Recognitio non temerè, sed optimā
 2. ratione. Licet † enim optimus probandi modus sint instrumen-
 3. ta & scripturæ. l. 3. C. si Min. se Major. dix. tot. tit. ff. & C. de
 4. fid. instrum. Gülken. ad l. 5. C. de probat. Unde † etiam di-
 5. citur, quòd instrumentum sit probata veritas. Dd. apud Barbof.
 6. locupletat. Voc. Instrumentum. ax. 2. Imò † melior probatio,
 7. quàm ea, quæ sit testibus. d. l. 3. & ibi Brunnem. Usque adeò,
 8. ut pro veritate instrumenti semper stet præsumptio arg. l. 18. C. de
 9. probat. l. 7. C. deposit. C. cum dilecto Extr. de donat. Hoc † ta-
 10. men non procedit in omnibus instrumentis. Non † certè in pri-
 11. vatis annotationibus, quibus quis deberi sibi aliquid asserit. Ex-
 12. emplo † namque perniciosum est, inquit Imp. Gallienus, ut ei
 13. scriptura credatur, quâ unusquisq; sibi adnotatione propriâ debito-
 14. rem constituit in l. 7. C. de probat. Hęc † enim scriptura licet
 15. millies à scribente fuerit recognita, contra debitorem tamen nihil
 16. probat. Nec † privata scriptura à debitore scripta simpliciter me-
 17. retur fidem, nisi ab eodem fuerit recognita. Quid † enim, si
 18. producens falsa Instrumenta, adulterina sigilla, fictitiasque scripti-
 19. ones sub alterius nomine supponeret? Fieri namque potest, ut a-
 20. licui suum sigillum clam surripiatur, atque ita falsitas cum eo com-
 21. mittatur. Nec † comparatio literarum, non minimum alioquin in-
 22. dagandæ veritatis remedium, omnem excludit fraudis ac falsitatis
 23. suspicionem. Nam † & hęc fallere potest, cum multi reperian-
 24. tur, qui exactè norunt in scribendo manum alterius imitari. Carp-
 25. zov. 1p. For. part. 1. const. 17. def. 12. num. 4. Gülken. ad d. l.
 26. comparationes 19. C. de fid. instrum. num. 1. Iniquum † sanè es-
 27. set magnum lucrum cum alterius jacturâ producentem inde repor-
 28. tare. Quare recognitio præcedat, necesse est. d. l. 56. de V. S.
 29. Ex † quo est, quòd à Dd. communiter dicitur: Privata scriptu-
 30. ra ab eo contra quem producitur, non recognita, non probat.
 31. Carpzov. 1p. For. part. 3. const. 17. d. 12. Dominic. Gait. de cre-
 32. dit. cap. 2. tit. 7. num. 1599. Merlin. decis. 724. num. 25. Berlich.
 33. part. 1. conclus. 44. Cöppen. decis. 46. Cau.

VIII.

Causa † Propinqua est Præceptum Judicis. Unde † in- 1. 2.
 ter alia requisita ad recognitionem legitimam necessaria, *haud mi-*
nimum esse, quod ea fieri debeat ad mandatum Iudicis, verba sunt,
 Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 17. num. 1. Add. Nicol.
 de Passerib. de privat. scriptur. quest. 14. num. 7. Possunt † e- 3.
 quidem partes, nullo præcedente jussu Judicis, instrumenta, de
 quorum fide ac veritate dubium oriri potest, recognoscere. Ve-
 rùm † Recognitionem instrumentorum aut juratam eorum diffes- 4.
 sionem parti invitæ imponit Judex, per sententiam interlocutori-
 am: daß Si. seiner Exception ungehindert/ eingebrachte Documen-
 ta zu recognosciren/ oder jurato zu difficiren schuldig und verbunden.
 Et † quidem competens. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 5.
 16. num. 1. Unde † etiam in judicio regulariter recognitio do- 6.
 cumentorum fieri debet, ubi nimirum instrumenta contra aliquem
 sunt producta, arg. l. 4. §. 5. ff. de Edend. Carpzov. d. l. Ber-
 lich. part. 1. concl. 44. num. 4. Nicol. de Passerib. de privat. scri-
 ptur. quest. 14. num. 7. Quando † tamen Instrumenta sunt in a- 7.
 liâ provinciâ, vel Archivo publico, unde non facillè apportari possunt,
 vel quando per sceminas egregias recognitio fieri debet, tunc ut in
 judicio semper fiat, necessarium non est, sed mitti plerunq̃ue so-
 let Notarius Judicii, ad ædes illarum, quò sceminæ coram illis re-
 cognoscant instrumenta. Carpzov. d. const. 17. def. 17. num. 5. Ber-
 lich. part. 1. concl. 44. Idem † dicendum de Senibus, valetudi- 8.
 nariis, nec non personis aliis egregiis, atq̃ue in dignitate constitutis,
 quia nec illæ instrumenta in judicio recognoscere coguntur, sed ad
 illarum domus, instrumenta ad recognoscendum mittuntur arg. l. 15.
 ff. de jurejur. Berlich. d. concl. 44. num. 4. & seqq. Carpzov. d. def.
 17. ubi præjudicium: daß Beklagter das documentum sub R. sel-
 nes darwider gethanen Einwendens ungeachtet / bey Straff Un-
 gehorsams zu ediren / und beneben dem producto sub A. N. 1. 2.
 zu statt / in seiner Behausung / dahin solcher actus gestelten Sa-
 chen nach billich communicirt würde / zu recognosciren schuldig. I-
 dem † dicendum, si pars, quæ recognoscere debet Instrumentum, 9.
 sit absens, ac magnis cum sumptibus eam onerari necesse sit, ea-
 propter etiam hoc in casu non in judicio, sed aliunde recognitio-

B

nem

06

26

nem fieri posse tradit Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 17. num. 4.*

IX.

1. Sed † cujus tum sumptibus fieri debeat Recognitio, extra judicium facta, quærun hîc non incommodè Dd? sumptibus producentis, partem contra quam documenta producuntur, ad illum locum evocari debere, ut ibidem documenta recognoscat, scribit generaliter Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 17. num. 4.*
2. Aliquando † tamen non sumptibus producentis fieri recognitionem docet Berlich. *part. 1. conclus. 44. num. 6. ipse Carpzov. d. def. 17. in fin.*
3. Quæ † inter se, distinctione adhibitâ, facili negotio componi posse arbitramur. Vel enim † persona contra quam instrumenta producuntur, petit, ut alibi quàm in judicio & coram judice fiat Recognitio: vel Instrumenta producta in loco
4. Judicii recognosci non possunt. Priori † casu, quando scemina senes, valetudinarii, & supra dictæ personæ petunt, ut alibi fiat Recognitio, tum Instrumenta cum Notario ad ædes ejusmodi personarum mittuntur, non sumptibus producentis, & recognitionem petentis, sed expensis illarum personarum, quæ talem missionem postulant. Berlich. *d. l. num. 5. Carpzov. d. def. 17. in fine.*
6. Posteriori † casu sumptibus producentis Recognitio fieri debet.

X.

- Cùm autem † Judex in iis, quæ concernunt jus partis, non nisi imploratus officium suum interponat. *l. 4. §. 8. ff. de damn. infect.* Proinde etiam † hanc Recognitionem decernit Judex ad petitionem partis. Est quidem † in producentis arbitrio, num scripturam contra adversarium productam alio modo, vel per testes, quidum scriberetur Instrumentum, fuere præsentibus, an novo alio modo probare ejus veritatem velit. Quid † enim si pars adversa de perjurio suspecta esset? Non certè produceos ejus diffessionem juratam admittere cogitur, sed potest testes ad recognoscendum producere, & aliter documentorum veritatem probare. Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 15. d. 14.* Sin † verò standum Recognitioni, aut juratæ diffessioni putaverit, id specialiter à Judice petere debet; Quò facit etiam Fürstl. Würtemb. LandR. *part. 1. tit. 35. pr. ibi: und an den Gegenseit begehren.* Petitur † autem non-

nonnunquam tacite, per documentorum productionem. Eo tamen 7.
 ipso enim dum scit producens, documentis productis, & à parte
 adversa non recognitis, nullam vim probandi inesse, eò, quod,
 uti supra dictum, sola scriptura privata, contra scribentem sine e-
 jus Recognitione fidem non faciat. *arg. l. 11. C. qui pot. in pign.*
 Proinde tamen producens ipsa documentorum productione petere re- 8.
 cognitionem, ut maximè id verbis non exprimat, videtur: Dein-
 de, tamen cum recognitio Instrumentorum productorum sit appendix 9.
 ejus probationis, quæ fit per Instrumenta. Probationum tamen ve- 10.
 rò tantus sit favor, ut Judex ex officio etiam non imploratus, sic-
 uti hoc ei necessarium visum fuerit, imponere partibus possit, pro-
 inde tamen his consequens est, recognitionem etiam non expressè pe- 11.
 titam à Judice decernendam. *Carpzov. lib. 3. tit. 8. R. 8. num. 9.*
Idem in process. tit. 14. Art. 1. §. 2.

XI.

Est tamen autem Recognitio à Judice decernenda, illo tempo- 1.
 re regulariter, quo probatio fit Judici; Cum tamen autem probatio- 2.
 nes non fiant ante litem contestatam, eò, quod lite non contesta-
 ta, priusquam Reus ad principalem Actoris intentionem, eam vel
 affirmando vel negando responderit, constare non possit, quid sit
 probandum, sed post litem contestatam probationibus via aperia-
 tur. *l. 1. Extr. ut. lit. non contest. vid. Carpzov. Ipr. For. p. 1. const.*
16. d. 35. Hartm. Pistor. part. 1. q. 39. Et tamen probatio quoque 3.
 illa, quæ fit per Instrumenta, intra terminum probatorium fieri
 debeat; nec ante litem contestatam producta instrumenta vim ha-
 bent probandi, nisi post litem contestatam fuerint reproducta.
Carpzov. process. tit. 14. Art. 1. num. 43. Proinde tamen ex his om- 4.
 nibus facile liquet, Recognitionem quoque Instrumentorum
 productorum, faciendam post litem contestatam, non ante. *Carp-*
zov. Ipr. For. part. 1. const. 17. d. 3. lib. 3. tit. 8. Resp. 80. n. 8.
 Quod tamen non procedit in Instrumentis, quæ litis ingressum 5.
 impediunt. Hæc tamen enim sicut ante litem contestatam produci 6.
 possunt: Ita etiam unà cum litis contestatione simul recognitio in-
 jungi debet. *Carpzov. Ipr. for. part. 1. const. 17. d. 10. Process. tit.*
14. A. 1. num. 56. ubi præjudicium: würde Kläger den von be-
klagten producireten gerichtlichen Vertrag sub A. gebührlichen re-
 B 2 cog-

- cognoscere / in massen ihm zuthun obliget / soist Beklagter auff
 7. erhobene Klag sich einzulassen nicht schuldig. B. N. W. Pariter †
 si instrumentum sit tale, quod habet paratam executionem, sola
 8. Recognitio ejusdem, vim atque effectum litis contestationis sor-
 titur, ita † ut aliâ insuper litis contestatione haud opus videatur,
 sed sufficiat, Reum recognoscere Instrumentum productum. Carp-
 9. zov. lib 3. tit. 4. Resp. 31. n. 12. Eapropter † etiam Recogni-
 tio hujus instrumenti statim facienda, in terminis Carpzov. Ipr.
 For. part. 1. const. 17. def. 10.

XII.

1. Intra † terminum ergò probatorium, adeoque post litem
 contestatam is, qui ad probandum sese offert, documenta vel in-
 2. strumenta, die brteffliche Urkunden / quibus intentio sua innititur,
 vel saltem eorum copias exhibeat & judicio offerat. Hoc † si
 neglexerit, quemadmodum ad probandum ulterius non admittitur,
 quantumvis postea in termino productionis Originalia exhibere para-
 tus sit Carpz. Proceß. tit. 14. Art. 1. n. 10. Ita nec recognitioni dein-
 3. ceptus locus datur. Intra † terminum verò probatorium quando
 Instrumentorum copiae sunt exhibitae, tunc necesse non est, ut in-
 tra eundem quoque terminum Recognitio fiat. Postquam † e-
 4. nim alicubi receptum, ut is etiam terminum probatorium dicatur
 observasse, qui probationem per Instrumenta suscipit, si copias
 saltem eorum intra terminum exhibuerit, licet Originalia post ter-
 minum demum producantur. vid. Carpzov. d. l. num. 12. facile
 inde constare arbitramur, parum interesse, sive intra terminum
 5. † enim Instrumenta, quemadmodum post hunc terminum rectè
 producantur. Carpzov. d. l. Ita etiam post hunc terminum re-
 cognoscuntur.

XIII.

1. Aliquando † tamen copiis etiam intra terminum probato-
 rium non exhibitis, Recognitio tamen post termini lapsum fieri
 2. potest. Quod † contingit eo in casu, quando post terminum
 probatorium elapsum nova producere licet instrumenta, ea vide-
 licet, quae post terminum fuerunt noviter reperta, modò produ-
 cens juramento suo obtineat, quòd antea eorum notitiam non ha-
 buerit.

buerit. Carpzov. d. l. num. 36. Idem ¶ dicendum, si ad proban- 3.
 dum sese offerens per instrumenta, in manibus suis eadem non
 habet, adeoque exhibere eadem vel copias eorundem non potest,
 sed ea in possessione sunt alterius, vel partis adversæ, & produ-
 cens intra terminum ad instrumenta illa sese retulit, eaque edi ac
 recognosci petiit, quo casu, quoniam producens satis diligentiam
 suam adhibuit, quòd sc. ad instrumenta apud partem adversam
 existentia sese retulerit: Illudque ab eâ edi & recognosci petierit,
 proinde factâ deinceps illorum editione, etiam recognitio facien-
 da. *arg. eorum qua tradit Carpzov. d. l. num. 41. & seq.* Illud 4.
 ¶ quoque hîc prætereundum non est, quamvis aliâs originalia in-
 strumenta, post publicatas attestations regulariter non producun-
 tur, quando tamen justa & rationabilis causa productionem antea
 impedivit, audiri etiam post publicatas attestations producentem,
 si Originalia ad recognoscendum adhuc producere velit: Ne ¶ sci- 5.
 licet producens citra suam culpam jure suo defraudetur, idque ¶ 6.
 maximè locum habere, si producens adversæ parti sumtus resti-
 tuere paratus sit, *arg. l. 38. in fin. ff. de Evid. ex Anton. Fa-
 bro lib. 4. tit. 16. d. 12. num. 3. tradit Carpzov. Process. tit. 14.
 Art. 1. num. 16.*

XIV.

Recognoscere ¶ jussus à Judice per sententiam interlocu- 1.
 toriam, non præcisè ad recognitionem Instrumentorum contra
 se productorum obstringitur, sed declinare eam potest, si juratò
 instrumenta diffiteri quam recognoscere malit. Est ¶ itaque in 2.
 arbitrio ejus, an recognoscere, an verò detrectans recognitionem,
 vel quòd falsam scripturam existimet, vel scripturam non noscat,
 juratò illam diffiteri velit, si scil. pro recognito instrumentum ju-
 dicari nolit. Juxta ¶ observantiam enim omnium ferè locorum, 3.
 quilibet scripturam privatam contra se productam, alternativè vel
 absque juramento recognoscere, vel mediante juramento diffiteri
 tenetur *vid. Ordin. Process. Iudic. Sax. tit. 25. §. weller auch Carp-
 zov. d. process. tit. 14. art. 3. num. 32. Fürstl. Würtemb. LandR.
 part. 1. tit. 35. pr. ibi: daß Er die vorgebrachte briefliche Difun-
 den in Originali, an Schrifte und Sigillen / Underschriften oder
 Handzeichen / recognosciren / oder diffitiren wolle. Quid ¶ enim 4.
 si*

Si recognoscere jussus falsam scripturam deprehenderit, vel ipse scripturam non confecerit, nec manum scribentis noverit, iniquissimum sanè foret, si ad recognoscendum is præcisè adstringeretur.

XV.

1. Diffessionem † verò juratam detrectans, omnimodò ad recognoscendum compellitur. Usque adedò, † ut nec à præcepto recognitionis manuum vel sigilli appellandi habeat licentiam. Immanuel Sutor. *tr. de Edend. th. 271.*
2. Quod † si recognoscere jussus, Recognitionem nihilominus detrectet, documenta in contumaciam partis adversæ contra quam fuere producta, pro recognitis atque confessatis habentur, ut in causâ ulterius procedendum, ac desuper pronuncianum est. Andr. Gail. *lib. 1. obs. 80. num. 6.* Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 13. Idem process. tit. 14. Art. 3. num. 2.* Sigismund. Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1055.* Dominic. Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2910.* Idque † sub hâc formulâ: daß nunmehr productirte Instrumenta pro
3. Recognitis billich auff, und angenommen werden. Cœterum † ut in contumaciam Instrumenta pro recognitis habeantur, satis non est, si Reus semel aut alterâ vice ad recognoscendum citatus, vel
4. non comparuerit, vel recognitionem intermiserit. Fieri † enim potest, ut jussus recognoscere justo detineatur impedimento, quò minus parere potuerit. *vid. Johann. Dominic. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2912.*
5. Intermisâ † ergò Recognitione per sententiam injunctâ primo in termino quo fieri debebat, denuò pronuncianum, ut pars adversa priori sententiæ, etiamnum pareat, & documenta recognoscat, comminatione annexâ, ne, si rursus id negligatur, instrumenta pro recognitis judicentur, quod † pro ratione circumstantiarum & discretionem Judicis quandoque etiam in tertio termino fieri solere tradit Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. num. 13.*
6. Unde † ut hæc pœna contumaciæ locum habeat, duplex præceptum de recognoscendo, & in ultimo comminationem annexam alii quoque exigunt, uti videre est apud Johann. Dominic. Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. n. 2930.*

XVI.

1. Causa Proxima † Recognitionis sunt personæ, quæ Instrumenta

Instrumenta contra se producta vel recognoscere, vel juratò diffite-
 ri coguntur. Omnes † nimirum, contra quos Instrumenta talia, 2.
 de quorum fide ac veritate dubitari potest, producuntur. Sive † 3.
 sint Actores sive Rei. Ille † enim A pocham sive Instrumentum, 4.
 quo profiterur Creditor sibi pecuniam ex præcedenti debito solu-
 tam esse, quoque debitori ejus nomine securitas præstatur, non
 aliter recognoscere tenetur, atque ipse Reus sive debitor Instru-
 mentum obligationis Dominic. Gait. *de credit. lib. 2. cap. 8. num.*
 Nec † interest, cujus sint sexus, ætatis, constitutionis, officii vel 5.
 dignitatis: Ita ut tam fœminæ quàm masculi, tam Juvenes quàm
 Valetudinarii, tam plebejus quàm Nobilis, Illustris aliisque egre-
 gius litigator, à Judice causarum ad Recognitionem cogi possit.
 Carpzov. *part. 1. const. 17. def. 17. num. 5.* Berlich. *part. 1. concl.*
44. num. 12. Nicol. Boor. *decis. 114. num. 8.* Sutor. *de Edend. 6.*
 148. Sicut † nec illud refert, utrum litigator contra quem In- 6.
 strumenta producuntur, sit persona Ecclesiastica, an verò Secula-
 ris Anton. Fab. *lib. 3. tit. 12. def. 7.* ubi † ad nudam Chiro- 7.
 graphi Recognitionem Clericum coram Judice etiam Laico con-
 veniri posse asserit. Præterea † etiam Civitas, Universitas, Col- 8.
 legium sua documenta & Sigilla illis in casibus, quibus de eorum
 fide ac veritate potest esse dubitatio, recognoscere tenentur. Ima-
 nuel: Sutor. *ad tit. ff. de Edend. 6. 162.* Plura quæ hîc addere pos-
 sent, videre licet apud Höpingk. *d. I. 5. c. 13.*

XVII.

Nec † ipsi solùm litigantes Instrumenta recognoscere pos- 1.
 sunt, sed † etiam illorum procuratores. Quia † quod per alium 2. 3.
 quis facit, ipse fecisse putandus est. C. *qui facit. 72. de R. I. in 6.*
 Berlich. *part. 1. concl. 44. num. 17.* Carpzov. *1pr. For. part. 1.*
const. 17. def. 18. & in process. tit. 14. art. 2. num. 91. Idem † di- 4.
 cendum de Tutore & Curatore, qui etiam vi Tutorii & Curato-
 rii, quo ipsis tutela ac cura à Magistratu est demandata, instru-
 menta contra pupillos, Minores, prodigos aut similes producta
 eorum nomine, quorum tutelam ac curam administrant, recognos-
 cere, aut juratò diffiteri coguntur. Carpzov. *process. d. tit. 14.*
§. 13. Art. 2. Sub hâc quidem formulâ: *daß Distlaget nemand*
die produciree Urkunden gebührlîchen zu recognosciren schuldig /
darauß fernere geschehen solle / was recht ist. De

- De † Curatoribus ad litem foeminarum idem iudicium esto.
5. Inter † hunc enim & procuratorem, quoad hunc Recognitionis actum, nulla diversitatis ratio apparet. Carpzov. d. l. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 18. in fin. ibi: So ist Beklagter Curator auff erhobene Klage zu antworten / und die producirte Handschrift von wegen seiner Pflegfrauen gebührend zu recognosciren schuldig / B. R. W.
 - 6.
 7. Coeterum † in Procuratore illud requirunt, ut speciale ad recognoscendum acceperit mandatum. Carpzov. d. const. 17. d. 18.
 8. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 14. Instrumenta † namque recognoscere, res est magni praedicii, & facta Recognitione recognoscens pro Confesso habetur. Carpzov. process. tit. 14. Art. 9. 2. num. 78. Quae † autem ita sunt comparata, sine speciali mandato a procuratore expediri non possunt. Illud † hic praetereundum non est, etiam illum procuratorem, qui manus ac Sigilla
 - 9.
 10. non noverit, ad recognoscendum teneri, cum † satis tutus sit,
 11. declaratione ista (salva veritatis substantia) & † Recognitio hoc solum importet, quod externa forma sigilli sit illaesa, ac integra, non autem quod credat sigillum ejus esse, cujus asseritur. Johann. Jacob Bluem. process. Cameral. tit. 63. num. 51. Gylman. Symphorem. supplicat. voc. sigillorum recognitio §. etiamsi. Tutius tamen facit procurator, cui manus & sigilla non sunt cognita, ut petat tempus, quo id referat suis principalibus, & quid faciendum sit, eos consulat, ne scilicet per hoc Domino fiat praediciu. Berlich. part. 1. conclus. 44. num. 19.
 - 12.

XVIII.

1. Objectum † Recognitionis sunt Instrumenta eum in finem producta, ut intentionem suam quis contra adversarium iisdem probet, & illa quidem, de quorum scilicet fide ac veritate dubitatur.
2. Ratione Objecti † Ergo I. requiritur Instrumentum sive scriptura ad rerum gestarum fidem comprobendam facta. Quo nomine
3. † omnia literaria documenta (Schrifte, oder briefliche Befunden) venire superius dictum fuit. Carpzov. lib. 3. tit. 8. Resp. 81. num.
4. 1. Fürstl. Würtemb. Landr. part. 1. tit. 35. Ubi † ergo scriptura nulla est facta ad rerum gestarum fidem comprobendam, ibi
5. nec Recognitio est necessaria. Unde † Recognitioni subjacet Chyro

Chyrographum, tam obligatorium quàm liberatorium. Illuc † 6.
 pertinet 1. illa scriptura, quâ quis se debitorem fatetur, simulque
 sese ad restitutionem ejus quod promisit, obligat, quæ scriptura,
 Chyrographum in specie dicitur. Unde † hujusmodi Instrumen- 7.
 ta obligationis recognitione haud dubie opus habent. Carpzov.
 Ipr. For. part. 1. const. 28. def. 6. 2. Antapocha, † sive illa scri- 8.
 ptura, quâ debitor fatetur, se præstationem solvisse, & prædium
 præstationi obnoxium esse. E. g. quando Emphyteuta Canonem
 solvit, tenetur Antapocham dare, unde Dominus probare possit,
 fundum huic juri obnoxium esse. l. 2. C. de lur. Emphyteut. l. 19.
 C. de fid. Instrumentor. Struv. Exerc. ad π. 22. th. 28. Ad libe-
 ratorium † Instrumentum pertinet Aponcha, quâ quis confitetur, 9.
 se à debitore pecuniam debitam accepisse. l. 19. C. d. t. Et † 10.
 hæc quoque non nisi à Creditore recognita plenè probat. Sigismund.
 Scacc. de Iudic. causar. civil. lib. 2. cap. 11. num. 1070. & mult.
 seqq. Dominic. Gait. de Credit. tit. 2. cap. 8. Deinceps † Ob- 11.
 jectum recognitionis est Epistola. arg. l. fin. in fin. pr. ff. de leg.
 2. l. Publia 24. §. fin. ff. deposit. l. 25. §. ult. ff. de probat. Ber-
 lich. part. 1. concl. 36. num. 50. Mascard. de probat. concl. 627.
 num. 1, Covarruv. V. R. lib. 2. Tom. 2. cap. 11. num. 4.

XIX.

II. Objectum † Recognitionis constituunt instrumenta con- 1.
 tra recognoscentem producta, quibus videlicet intentio produ-
 centis contra adversarium doceri ac demonstrari potest. Si enim
 † ita sint comparata, ut recognoscenti præjudicare nequeant, nec 2.
 contra eum aliquid probent, tunc equidem Recognitione opus non
 est. Cur enim † anxie in veritatem Instrumentorum inquirendum, 3.
 quando nihil probant. Supervacuâ † probatione quemadmo- 4.
 dum nemo est onerandus, ita nec inani Recognitione aliquis gra-
 vari debet. arg. l. hac stipulatio 14. §. 3. ff. ut legat. vel fideicomm.
 Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 25. ubi præjudicium: weil
 dadurch wider den Beklagten nichts erwiesen werden kan / mag Er
 zu recognosciren / oder Eydlichen diffiren nicht gehalten werden.
 B. X. B.

Hinc † plus quàm certissimum est, quòd instrumenta cancel- 5.
 lata & deleta, recognitionem desiderent nullam. Unde † nec lo- 6.

C

cus

- cus est Recognitioni in instrumentis, quæ quis pro se, non in præjudicium partis adversæ, in iudicio producit. Privata † enim scriptura pro scribente, atque in ejus favorem nihil probat, licet, uti supra dictum, millies ab eo fuerit recognita. *arg. cap. 2. Extr. de fid. Instrument. l. 5. l. 7. C. de probat. Nicol. de Passerib. de privat. script. lib. 3. num. 117. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 34. num. 3. Gail. lib. 2. obs. 20. num. 1.* Deinceps † Instrumentum à tertio confectum, ejusque manu exaratum, ratione scribentis nullâ indiget Recognitione. Quia † adversus scribentem non magis probat, quàm dictum unius testis non jurati. Sigism. Scacc. *de iudic. causar. civil. tit. 2. cap. 11. num. 1070.* Quod † procedit, etiamsi scriptura per manum Notarii esset scripta, adhuc enim contra tertium nihil probaret, licet fateatur Notarius, suam scripturam, si modò scripturam fecerit non ut Notarius & sic persona publica, sed uti privata persona. Notario † enim in iis, quæ non facit ut Notarius, non est habenda fides. Sigismund. Scacc. *de iudic. causar. civil. lib. 2. cap. 11. num. 1076.* Quæ † omnia vera sunt, quantumvis is contra quem talis scriptura à tertio scripta producitur, ipsam scripturam acceptaverit, modò non contenta ejus vera esse dicat, & suâ voluntate scripta. Ac proinde nuda illa Recognitione recognoscenti non præjudicat, Scacc. *d. l. num. 1080.*

XX.

- III. Ratione Objecti † requiritur, ut de scripturæ vel Instrumenti veritate dubitetur. Quando † enim aliàs constat de ejus fide ac veritate, recognitione nullâ opus videtur. Unde † si per testes, vel comparationem literarum, aut alio modo producens velit veritatem scripturæ docere, tunc nullâ opus est Recognitione. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. §. 6. & 7. n. 66.*
4. Sed quando † testes deponunt de tenore scripturæ, ac de contentis in eâ, asserentes, eam rem ita gestam fuisse, ac contigisse, eo pacto, quo ipse producens enarrat, tunc ordinaria probatio locum habet. Nicol. *de Passerib. de privat. script. q. 14. n. 4.* Ex his † quoque pronò fluit alveo, quòd nec Recognitioni de jure communi sit locus, in instrumentis publicis. Hæc enim cum † per se plenam fidem faciant, satisque probent. *l. scripturas*

11. C. qui pot. in pign. Nov. 73. cap. 8. Proinde † etiam hic 7.
 Recognitio supervacua videtur. Carpzov. lib. 3. tit. 8. Resp. 82. n.
 2. Dn. Max. decis. summ. Tribunal. part. 4. decis. 147. num. 9.
 ubi hanc sententiam dicit esse communem. Coler. de process. Exe-
 cutiv. part. 3. cap. 8. num. 19. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17.
 Scacc. de iudic. causar. civil. lib. 2. cap. 11. num. 905. Petr. Heig.
 part. 2. quest. 7. num. 32. Nec † interesse videtur, sive scriptura 9.
 publica à Magistratu sit confecta, sive ab alio jussu Magistratus, 8.
 arg. cap. 2. Extr. de fid. instrum. Quia † quod quis per alium facit,
 ipse fecisse putandus est, per jura vulgat. Unde nec instrumenta
 à personis publicis confecta recognitionem requirunt. Sigism.
 Scacc. de iudic. caus. civ. lib. 2. cap. 11. num. 906. Quia † & 10.
 hæc Instrumenta publica sunt instrumenta, plenamque merentur
 fidem. d. c. 2. Extr. de fid. Instrument. Quod † procedit & lo- 11.
 cum habet, licet à privatis personis instrumentum sit conscriptum,
 modò publica accesserit confirmatio Magistratus, quod ex ejus
 subscriptione vel subsignatione colligitur. Sola itaque † sigilli ap- 12.
 positio facit, ut publicum dicatur Instrumentum, modò constet
 ejus voluntate sigillum fuisse appositum. Carpzov. lib. 3. Resp. 97.
 num. 3. Idem † judicium esto de aliis scripturis à privatis qui- 13.
 dem conscriptis, sed actis publicis insinuat. Nam † & hæc pu- 1
 blica sunt, fidemque Judici plenè faciunt, si ex Archivo publico
 producantur. l. f. C. de re judic. Auth. ad hæc C. d. fid. Instrum.
 Hisce † annumerantur etiam ea, quæ à Notariis conscribuntur, 15.
 quia etiam illi sunt personæ publicæ, & publicam habent aucto-
 ritatem conficiendi instrumenta ab Imp. concessam, Ord. Imp. de
 Anno 1512. tit. von Notarien/ vers. die Notarien sollen auch wissen ic.
 Facit etiam textus in l. 17. C. de fid. Instrum. Nov. 44. priefat. mo-
 dò videlicet à Notario ut tali conficiantur. Sigismund. Scacc. de iu-
 dic. cap. 11. lib. 2. num. 911.

XXI.

Quicquid † sit de Jure communi, in foro Saxonico publica 1.
 etiam instrumenta recognoscenda esse illius Juris Interpp. passim te-
 stantur Carpzov. lib. 3. tit. 8. Resp. 82. num. 4. Berlich. part. 1.
 conclus. 44. num. 31. in fin. ubi tamen hoc singulariter tenendum,
 quòd illud recognoscere detrectans ad juratam diffessionem non fit

- admittendus, sed Instrumentum, tum pro recognito habeatur.
2. *Durum* † namq; foret, verba sunt Carpzov. *arbitrio jurantis, ne dum periculo perjurij probationem per Instrumenta vel documenta publica committere, quorum fides longè major est, quàm scriptura privata eique præponderet, ut hinc circa diffessionem juratam diversa existat ratio, quæ jus illud aliquo modo temperare valet. Process. tit. 14. Art. 3. num. 49.* Unde etiam † hoc in casu sic sententari solet: daß Beklagter den von Klägern producirten Gerichteschein (vel) gerichtlichen Vertrag / zu recognosciren schuldig; wtedrigen Falls wird selbiges documentum pro recognito gehalten / und hat die Endliche diffession gestalten Sachen nach nicht statt. Præsuppositâ autem † juris communis sententiâ, consuetudine receptum esse, ut pro notitiâ partium & certitudine Judicis, aliqualis inspectio, & si quid vitii in iis sit allegatio, etiam in publicis instrumentis requiratur, docent Dn. Max. d. *decis. 147. num. 9. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 20. num. 2.*

XXII.

1. Ulterius † ex supradictis inferitur, quòd nec locus sit Recognitioni in Instrumento, quod à testibus est subscriptum: Testium namque præsentia faciunt cessare suspicionem fraudis atque erroris.
2. Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 20.* Et † hoc casu illud solum necessarium est, ut testes suam juramento confirmaverint subscriptionem, Quo † facto, nec recognitioni, nec juratæ diffessioni est locus. Nimirum † tunc non scriptura sive documentum productum, sed testes arguunt veritatem negotii, quod inter contrahentes actum est. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. n. 57. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 24.* De antiquis † scripturis etiam controversi solet, num videlicet Recognitione opus habeant? Quod † licet primo intuitu affirmandum videatur ex eo, quod nec antiquis instrumentis fides semper & integritas sit habenda. *arg. Nov. III. pr. in fin.* Negativa † tamen sententia verior est, communior & in Praxi recepta, quemadmodum secundum eam judicatum refert Mercur. Merlin. *decis. 244. num. 15. Add. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 37. Sigismund. Scacc. de Iudic. lib. 2. c. 11. num. 916.*

Deni-

XXIII.

Denique † ad Recognitionem ratione Objecti illud requi- 1.
 ritur, ut contra illud fuerit exceptum. Si enim † is, contra quem 2.
 producitur scriptura, fateatur contenta scripturæ, iterum non est
 locus Recognitioni, sed ex suâ confessione confessus tenetur. Et
 nulla † major est probatio, quàm oris proprii confessio. Sigism. 3.
Scacc. de Iudic. causar. Civil. lib. 2. cap. 11. n. 933. Max. p. 4. d. 64. Ap-
 probasse † etiam censetur is, contra quem producitur contenta 4.
 scripturæ, quando contra eam nihil excipit. *Max. d. l. Tacendo enim †* 5.
& non opponendo illam scripturam approbasse videtur. arg. l. si
filiusfamilias 16. ff. ad SC. Maced. Nimirum † Taciturnitas & 6.
 patientia conjuncta alicui actui sine oppositione & oppugnatione,
 aut protestatione inducit consensum & ratihabitionem. *Carpzov.*
process. tit. 14. art. 5. num. 8. & 9. in terminis Sigismund. Scacc.
de Iudic. lib. 2. tit. 11. num. 918. Ut † verò propter accepta- 7.
 tionem cesset recognitio, partis acceptatio requiritur, Judicis non
 sufficit. Si enim † Judex cognoscat illam scripturam, tunc parte 8.
 opponente, nihilominus esset formiter recognoscenda. *Scacc. d. tr.*
num. 915. Illud † nihil interest, sive adversa pars contra scriptu- 9.
 ram opponat generaliter, sive specialiter. *Scacc. d. l. n. 898.*

XXIV.

Recognitione autem † opus habent Instrumenta contra ali- 1.
 quem producta absque discrimine causæ, sive agatur de re magni
 præjudicii, sive de levi præjudicio. *Scacc. de ordin. judic. lib. 2.*
cap. 11. num. 904. Sive causa ventiletur in processu ordinario si-
 ve summario. Unde † in processu Executivo, ubi haud dubie sum- 2.
 mariè proceditur, nec probationes ordinariæ sunt admittendæ,
 sed super Syngraphis subscriptis & subsignatis summarie tantum si-
 ve executivè proceditur, creditoribus de debito asserentibus non
 creditur, nec debitor ad exsolutionem condemnandus est, prius-
 quam vel ipse, vel curator bonis constitutus, responderit, & In-
 strumenta producta recognoverit, vel juratò difessus fuerit syn-
 grapham suam. *Clem. sepè. de V. S. Johann. Baptist. Asin. in prax.*
Judic. part. 1. §. 3. cap. 31. num. 20. Carpzov. Ip. For. part. 1. const.
28. def. 6. Nec † originalia solum Instrumenta opus habent Re- 3.
 cognitione, verùm quandoque etiam instrumentorum copiarum. Quid
 enim

4. enim si † non originale Instrumenti, aut privatæ scripturæ, sed ejus copia auctoritate Notarii publici, quam vulgò (vidimus) appellant, producat? Etiam hic copias instrumentorum recognoscendas, in terminis probat Carpzov. *in Resp. tit. 8. Resp. 81.* Nimirum † copiarum Instrumentorum quoque ad probandum debitum adminiculari possunt, ac producens aliquam pro se præsumptionem habere censetur, ut propterea eorum Recognitio aut diffessio jurata omitti non debeat Carpzov. *d. l.* Nec † aliud dicendum arbitramur, licet Statuto vel Provinciali jure cautum sit, quòd literaria documenta in originali sint recognoscenda. *vid. Fürstl. Würtemb. Landr. part. 1. tit. 35. pr. ibi: und an den Gegenseit begehren / daß Er die fürgebrachte briefliche Urkunden / in originali, recognosciren oder diffessiren wolle.* Hoc enim † Statuto non obstante, etiam copiarum Instrumentorum sunt recognoscendæ. Quia unius inclusio non statim est exclusio alterius, *per Vulgat.* Et statutum † loqui videtur de eo, quod ut plurimum fit.

XXV.

1. Illud etiam ratione Objecti † nihil interest, sive instrumentum contra aliquem productum, dicatur ejus manu scriptum, sive manu tertii. Licet enim † nonnulli dubitent, num scripturam privatam alienâ manu scriptam, is contra quem talis scriptura producit, recognoscere teneatur: Eo, quod nusquam LL. cautum reperiat, quòd quis alienam scripturam recognoscere cogatur. *vid.*
2. Imanuel Sutor. *tr. de Edend. cap. 4. §. 177. & seqq.* Verius † tamen est, etiam alienæ manus recognitionem ad petitionem Actoris Reo rectè injungi: Carpzov. *Resp. lib. 3. tit. 8. Resp. 79. num. 5.* Modò † verisimiliter appareat, ipsum notitiam ejus habere posse. Hartm. Pistor. *obs. 197. num. 4.* Carpzov. *d. l.* Hinc
3. † etiam recognitioni locus est, eique injungenda, cujus nomine scriptura confecta vel subscripta fuerit, licet ipsemet literas nesciat:
4. Ex quo enim, † uti modò dictum, alienam manum quis recognoscere, vel juratò diffiteri tenetur, multò magis inde quæ suo nomine ab alio scripta fuere, recognitioni erunt supponenda. Carpzov. *lib. 3. Resp. 79. num. 8.* Höpingk. *d. Jur. Sigillor. cap. 13. num.*

Ne

XXVI.

Nec non † recognoscenda sunt Instrumenta contra aliquem 1.
 producta, licet ab eo contra quem producitur, nec scripta sint,
 nec subscripta, modò ejus sigillum appositum dicatur. Sigilla † 2.
 namque contrahentium vim subscriptionis habere censentur, idem-
 que operatur, quod subscriptio, præsertim quoties apparet, con-
 sensu ejus, ad quem istud pertinet, appositum fuisse. Qui enim
 † apponit sigillum, videtur approbare & consentire in contenta 3.
 Instrumenti. Quamvis enim † fieri facile possit, ut alicujus Si- 4.
 gillum à tertio surripiatur, apponaturque Instrumento, attamen
 cum quilibet præsumatur in custodiendo sigillo suo diligens, proinde
 hæc præsumtio per aliam fortiolem facile eliditur. Carpzov. lib.
 3. tit. 8. Resp. 29. ubi in fin. tale adfert præjudicium. *Dieweil a-*
ber dennoch Georg Reuters Pitschaffe / auff bemeldter Obligation
gedruckt zubefinden / so wird dieselbe vor eine richtigte und Georg
Reuters Obligation gehalten / und seyn demnach dessen Erben auff
vorhergehende Recognition die Zahlung zuletzt schuldig B. R. W.
 E contrario † licet Instrumentum contra aliquem productum si- 5.
 gillatum non sit, sed scriptum saltem, tunc non minus recognosci
 debet, ac si impressum esset sigillum. Certum † namque est, 6.
 quòd ex solâ scripturâ obligetur debitor, licet nullum sigillum
 fuerit appositum. Carpzovius. *Ipr. for. part. 1. const. 17. def. 22.*
in præjud. ibi: Ob nun wohl derselbe von ihme nicht besiegelt
worden / dieweil er aber demnach nebens mich solcher contract
unterschrieben; So ist Er auch seines Fürwendens ungeachtet /
angeregten Contract zu recognosciren / und demselben nachzukom-
men schuldig. Illud † constat, si scriptura carens subscriptione 7.
 & sigillo, manu ejus, adversus quem producitur, confecta sit,
 attamen si nomen illius in totâ scripturâ non sit expressum, nec
 cujus nomine exarata ea sit, appareat, tum certe aliâ ratione eam
 scripturam recognoscendam haud esse. Eò † quod ejusmodi scri- 8.
 ptura parti contra quam producitur, præjudicare nullatenus possit.
 Jam verò † supra dictum fuit, supervacuâ recognitione neminem 9.
 onerandum & gravandum esse. Tametsi enim † scribens non 10.
 diffiteatur tum manum suam, attamen cum nomen suum vel alte-
 rius non sit expressum in scripturâ, sciri certè non potest, quis-
 nam

26

nam contraxerit, & se obligaverit, Carpzov. lib. 3. tit. 8. Resp. 81^o num. 20. & seqq.

XXVII.

1. Quid verò † dicendum de illis Instrumentis, in quibus recognitioni expressè renunciatum reperitur? Equidem si fuerit conventum inter partes quod steretur & adhibeatur plena fides scripturæ etiam privatæ non recognitæ, cessare tum recognitionem, scribit Coler de process. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 137. Sed eo
2. omisso executivè procedendum esse. Verùm enimverò Colero dicam scribit Carpzov. Ipr. For. p. 1. const. 17 def. 23. non obstante renunciatione adhucdum recognitioni locum esse scribens.
3. Et rectè quidem. Quà enim facilitate fallax Creditor, scripturam falsam pingere: eâdem facilitate renunciationem recognitionis ad-
4. dere Instrumento posset: Priusquam ergò † debitum per recognitionem fuerit confessus debitor, aut de eo legitimè convictus,
5. nullo modo ad solutionem eum condemnari oportet. Ex quo † est, quòd nec renunciatio non recognita subsistat, aut renuncianti
6. præjudicare queat. Et † ita Scabinos Lipsienses judicasse refert idem in præjudicio sub num. 9. hisce verbis: Ob nun wohl darinnen dieses pactum zu befinden / daß dem Brieff und Sigel auch ohne vorgehende recognition geglaube / und darauff die Execution angestellt werden soll ic. So mag doch selbiges pacti ungeachtet / gedachter Schilling / ehe und zuvor Brieff und Sigel von ihm gebührliehen recognoscirt wird / demselben nachzukommen nicht angehalten werden.

XXVIII.

1. Huc usque † de Objecto Recognitionis. Nunc de ejus For-
2. mâ agendum. Formalis † ratio, quâ distinguitur ab aliis recognitionibus, in eo consistit, quòd scripturam is contra quem producta est, per ocularem ejus inspectionem approbet, & vel à se
3. vel suo nomine scriptam fateatur. Quo † ipso differt 1. ab eâ recognitione scripturæ, quæ fit per testes: Ubi non is, contra quem producitur scriptura, sed alii, testes nimirum, de
4. veritate scripturæ attestantur. Differt † 2. ab eâ recognitione,
5. quæ fit per propriam confessionem. Ad nostram enim † recognitionem tunc demum pervenitur, quando contra quem produci-

ducitur scriptura, excipit contra eam, vel in genere, vel in specie, nec eam scripturam habet pro illâ scripturâ, seu manu illius, à quo adversarius producit dicit fuisse scriptam. Ast ubi † ab initio 6. statim adversa pars fatetur scripturam, & contenta in eâ, sine ullâ præcedenti Recognitione, Judex contra Reum ceu confessum procedere potest. Differt † 3. ab eâ recognitione, quæ fit per comparisonem 7. literarum. Hic enim † is contra quem producitur 8. scriptura, inspectâ eâ & visâ, fatetur tandem suam esse scripturam, vel suo nomine scriptam. In comparatione autem literarum † 9. res paulo aliter se habet. Ubi enim † adversarius negat scripturam 10. contra se productam suam esse, tùm verò proferuntur Instrumenta, aliæve literæ, quas constat scriptas esse ab eo, de quo quæritur, doceturque scripturam esse similem ei, quæ nunc producitur, & de quâ quæstio est, ita ut ex comparatione literarum seu scripturæ & similitudine arguatur, eandem esse manum, & tunc colligatur, eum qui scripsit eas literas, de quibus constat, & eas scripsisse, de quibus nunc ambigitur. *l. comparationes 20. C. de fid. Instrum.* Deinde † aliis quoque modis nostram recognitionem 11. ab illâ probatione scripturæ, quæ fit per comparisonem literarum: nec non ab aliis recognitionibus sive approbationibus differre est in proclivi, quæ omnia latius examinare instituti ratio non permittit.

XXIX.

Quibus † verbis quis approbet scripturam, nihil interesse videtur. 1. Ut plurimum autem † recognoscens, postquam scripturam 2. legerit, dicit, se eam recognoscere, & sigillum eidem appositum, pro suâ manu atque Sigillo, & instrumentum istud pro suâ obligatione. *Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 16. num. 2.* Non † itaque sufficit, si tantum ad fidem testimonii se subscripsisse 3. vel sigillasse Instrumentum dicat. *Berlich. part. 1. concl. 44. num. 12.* Quod verò † nonnulli imponunt recognoscenti, ut 4. dicat: Sigillum istud suâ voluntate esse appositum. *vid. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 9. Coler. d. process. Executiv. part. 3. cap. 1. num. 127.* istud oppidò falsum est. Recognoscens † namque 5. sigillum pro suo, in contractu cum adversâ parte celebrato, eo ipso præsumitur vel ipsemet illud apposuisse, vel alius de ejus consensu.

D

6. sensu, nisi contrarium evidenter fuerit probatum. Sola enim † subscriptio contractus, uti supra dictum, negotii gesti validitatem præsupponit, licet sigillum non fuerit appositum. Et † hanc sententiam quoque defendit Carpzov. *lpr. For. part. 1. const. 17. def. 4.* Eandemque † tandem amplectitur Coler. *de process. executiv. part. 3. tit. 1. num. 128.*

XXX.

1. Coeterum † inter Recognitionem scripturæ, propriæ & ali-
 2. enæ, ratione Formæ multum interest. Illic † recognoscens, non solum ipsam scripturam, sed etiam contenta scripturæ recognoscere, & à se vel suo nomine scripta fateri, aut si id non possit, juratò diffiteri cogitur. Carpzov. *lib. 3. tit. 8. Resp. 80. n. 16. Köpp. decis. 46. num. 27.* In recognitione † autem scripturæ vel sigilli alieni, sufficit, si recognoscens dicat, manum vel sigillum ejus esse, cujus esse dicitur; licet † negaverit contenta in eâ scripturâ: Nec enim † duo hæc sese mutuò destruunt, sed simulstant, quod tertius scripsit, me esse debitorem, & tamen debitor non sim, quia potuit falsò scribere. Sigismund. Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1080.* Carpzov. *lib. 3. tit. 8. Resp. 79. num. 8.*
 6. Quod verò † in recognitione scripturæ propriæ, præterea nonnulli illud requirunt, ut subscribens & sigillans, contenta in eâ scripturâ, cui ipse sigillum suum vel chirographum apposuit, legerit, usque adedò † ut si dicat & probet se vacuæ chartæ subscripsisse, non dici possit confirmâsse & approbâsse omnia quæ in papyro continentur. *vid. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 11.* illud † nobis simpliciter verum non videtur. Etsi enim † charta sigillata fuerit vacua, præsumptio tamen est contra scribentem vel sigillantem, quod non nisi prius cognita subnotaverit & sigillaverit. Itaque † qui dicit, sibi asserta nota non fuisse, hoc ipsum probare tenetur. Coler. *de process. Executiv. part. 3. cap. 1. n. 130.*

XXXI.

1. Quid verò dicendum † si recognoscens Instrumentum pro verâ obligatione, manu suâ scriptâ, Sigilloque suo confirmatâ, protestetur, se citra recognitionem hoc dicere, an protestatio à recognoscente interposita, ejus effectum suspendere possit? Ita †
 2. primo intuitu dicendum videbatur, eò, quòd protestatio interposita

lira

fiti, jus protestantis conservare dicatur, *per Vulgat.* Verum enim-
 verò † contraria sententia verior videtur. Quid enim † turpi- 3. 4.
 us aut ineptius dicere potuisset Reus, quàm se recognoscere In-
 strumentum pro suâ obligatione, citra tamen animum recognoscendi?
 Non ergò † efficit hæc protestatio, quò minus Recognitio sub- 5.
 sistit, ac Instrumentum pro recognito habeatur. Carpzov. *Ipr. For.*
part. 1. const. 17. def. 16. ubi Scabinos Lipsienses in hunc modum
 pronuntiasse refert. *So ist von Beklagten / der gethanen Prote-*
station unerachtet / die producirte Obligation richtig recognoscirt /
und mag ihm fernere Recognition nicht auferlegt werden. B. N. W.

XXXII.

Circa Formam † tandem Recognitionis illud in quæstionem i
 venit: Num mediante juramento recognitio fieri debeat? Gene-
 raliter scribit David Mæv. *decis. summ. Tribunal. part. 4. decis. 147.*
num. 3. Recognitionis hoc ordinarium est, ut fiat mediante juramen-
to. Et Rutger. Ruland. *de commissar. lib. 5. part. 2. cap. 39. ex*
juris † ratione & auctoritatibus Jctorum probat, regulariter re 2.
 cognitionem cum juramento fieri debere. Unde † Theodorus 3.
 Höpingk. *tr. de jur. Sigillor. cap. 13. num. 156. immota,* scribit, *est*
Conclusio: Recognitionem regulariter ex dispositione juris & Dd. tra-
ditionibus medio juramento fieri debere. Verùm enim verò † no- 4.
 bis in hæc quæstione distinguendum videtur inter Recognitionem
 & diffessionem. Illic, † ubi nimirum quis contenta scripturæ 5.
 fatetur, tunc standum est simplici ejus assertioni sine juramento.
 Quando † autem quis scripturam suam esse diffitetur, tum hæc 6.
 diffessio omninò mediante juramento fieri debet. Berlich. *part. 1.*
concl. 44. num. 44. Et hanc etiam dist. amplectitur Daniel Mol-
 ler. *lib. 4. semestr. cap. 43. num. 1.* Carpzov. *Ipr. For. part. 1.*
const. 17. def. 12. num. 9. Nec aliter sentit Mæv. loco supra lau-
 dato, dum ita scribit: *Potest quippe evenire, ut illo (nimirum ju-*
ramento) non sit opus, vel quia qui recognoscere debet, agnoscit scri-
ptura veritatem, vel & si non agnoscit, tamen non diffitetur. Quo
 iplo differre nostram Recognitionem ab eâ probatione scripturæ
 quæ fit per testes, palam est. Hic enim semper jurare coguntur
 testes, sive confiteantur scripturam ejus esse, cujus esse dicitur,
 D 2 sive

sive diffiteantur. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. num. 66, & seqq.*
Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 12. in fin.

XXXIII.

1. Præterea † ad Recognitionem ratione Formæ illud requiritur, ut fiat bonâ fide, & legitimè. Carpzov. *part. 1. const. 28. def. 16. num. 2.*
2. Secus † de eâ, quæ fit fraudulenter in præjudicium videlicet Creditorum, prout contingit, quando maritus recognoscendo Instrumentum dotale, vel etiam scripturam privatam, fateatur, uxorem ipsius dotis nomine certam summam intulisse, talem quidem, quæ in suo chirographo continetur. Illa enim † confessio mariti magno ære alieno jam forte gravati, aut facultatibus lapsi, ad dotis numerationem probandam in præjudicium creditorum non sufficit, sed aliter numeratio & illatio probanda est. Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 28. def. 72. & seqq.* Richter. *de jur. & privil. credit. cap. 3. sect. 1. num. 19. & seqq.* Brunnem. *ad l. 12. C. qui pot. in pign. Coler. de process. Execut. part. 3. cap. 1. num. 109. & mult. seqq.*
3. Aliter † dicendum, si maritus nondum facultatibus lapsus, nec aliâ ratione fraudis suspectus, datâ apochâ & legitimè recognitâ, se hanc vel illam rem sive summam dotis nomine accepisse, post confectum instrumentum dotale, ex intervallo temporis confessus est, quo casu † in præjudicium non tantum mariti, ejusque heredum dotis illatio sufficienter dicitur probata. *per l. 14. §. 1. in f. C. de N. N. P. Carpzov. part. 1. const. 28. def. 77.*
4. Sed etiam † in præjudicium creditorum. *arg. d. l. 14. §. 1. junct. l. 15. C. de N. N. P. Carpzov. part. 1. const. 28. def. 78.* Merlin. *de pignor. lib. 3. quest. 58. n. 83.*

XXXIV.

1. Hactenus † consideravimus Recognitionem ut faciendam, Ordo nunc postulat, ut Recognitionem legitimè factam, (hoc enim requiritur, ut aliquid operetur. Carpzov. *Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 16.*) consideremus in Effectibus quos producit. In genere autem † tenendum, Recognitionem Instrumenti actum esse magni momenti ac præjudicii. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 2. n. 78.*
2. Quippe † eâ factâ, instrumentis contra partem productis fides habetur: Quemadmodum enim, † uti supra dictum, nondum factâ recognitione privata scriptura contra scribentem non facit:

cit plenam fidem: Etiam in casu † quando talis scriptura esset si- 5.
 gillata, vel subscripta per partes: & accessit literarum vel sigillo-
 rum comparatio, Coler. de process. executiv. part. 3. cap. 1. num.
 98. Ita † scriptura vel Instrumentum recognitum plenam mere- 6.
 tur fidem, eoque producens intentionem suam dicitur, plenè probasse.
 Coler. d. l. n. 98. Carpz. process. tit. 14. Art. 2. n. 78. Matth. de Afflict.
 decis. 181. Ruland. de commissar. part. 2. lib. 5. cap. 39. num. 34.
 Höpingk. de iur. Sigillor. cap. 13. num. 204. Sive † Recognitio 7.
 fiat super Chirographo, sive super sigillo. Nam † & sigilli re- 8.
 cognitio contra sigillantem plenam facit fidem, post plures Hö-
 pingk d. l. num. 211. In tantum † verò Recognitio plenam me- 9.
 retur fidem, ut mortuis etiam testibus Instrumentum subsistat, nec
 de ejus fide amplius ac veritate dubitare liceat. Höpingk. d. l.
 num. 217. Coler. de process. executiv. part. 3. cap. 1. num. 98. Su-
 tor. de Edit. Instrum. §. 264. Unde † scriptura vel Sigillo semel 10.
 ritè ac legitimè recognito, nihil subest periculi, etiamsi postea
 corrumpatur. Höpingk. d. l. num. 218. Nam † quod semel ad- 11.
 probatum, amplius reprobari non potest. arg. l. 9. ff. de N. G.
 Adrian. Gylman. tom. 2. Symphorem. vol. 22. num. 21. Hinc † 12.
 dicunt valere clausulam instrumentis insertam: Quod veritatem ob-
 ligationis non infringet: Wann der Urteff vor der Ablosung / an
 der Schrifte / Pergament und Insigel / naß / löcherlig oder schadhafft
 würde. h. e. sigillum † in Judicio semel agnitum ex rupturà am- 13.
 plius impugnari non potest. Höpingk. d. l. num. 220. Sutor. d. l.
 num. 264. Ubi † secundum hanc sententiam Scabinos Lipsien- 14.
 ses hunc in modum pronuntiâsse asserit: Ob nun gleich das St-
 gel durch nâsse corrupirt, daß man die Buchstaben nicht lesen
 mögen / dennoch aber / wo fern solcher Urteff und Stegel Anno
 1607. Term. Trinitat. gebührlichen recognosciret: So ist auch
 das Document nachmahls als richtig zuhalten / dahero Beklagter
 das libellirte Capital vermittels schleuniger Hilff zu zahlen schuldig.
 Unde † scriptura recognita pro publico habetur Instrumento. Hö- 15.
 pingk. d. l. num. 216. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 22.
 num. 6. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 1. num. 100.

XXXV.

Ad specialiores † verò Recognitionis factæ Effectus quod 1.
 D 3 atti-

- attinet, præprimis hic respiciendum ad qualitatem Instrumenti
 2. recogniti: diversas † item Recognitionis species: nec non per-
 3. sonæ † recognoscentes, considerandæ veniunt, utrum ne in-
 strumentum recognoverit Dominus, an verò ejus nomine alius.
 4. Primum † quod concernit, vel recognitum est chyrographum,
 5. vel Apocha, vel Epistola. Quando † debitor chyrographum seu
 scripturam, in quâ confessus est, se à Titio accepisse certam pecu-
 niæ summam, seque ad eandem restituendam obligat, recognovit,
 tunc recognitio facta, idem operatur ac confessio debitoris. *arg.*
l. 25. §. ult. ff. de probat. Carpzov. Ipr. For. part. 1. const. 17. def.
 6. *12. num. 8. Coler. p. 3. c. 1. num. 99.* Ac † propterea debitum
 illud dicitur etne unlaugbare Schuld. *Coler. part. 3. cap. 1. num.*
 7. *113.* Et † hæc probatio debiti omnium optima dicitur probatio.
 8. Nullæque † aliæ sunt Judicis partes, quàm in condemnando, ac
 9. judicatum exequendo. Unde † etiam contra debitorem post fa-
 ctam chirographi recognitionem, executivè procedi potest. *Carpz.*
Ipr. For. part. 1. const. 17. def. 12. num. 6. Moller. lib. 4. semestr.
cap. 43. num. 1. Coler. d. proc. Execut. part. 3. cap. 1. num. 103.
 10. *Höpingk. de jur. Sigillor. cap. 13. n. 214.* Nec † interest, utrum
 habeat subscriptionem testium an v. non. *Coler. d. l. num. 99. si-*
 11. *ve † signum debitoris sit impressum sive non. vid. supra.* Nihil-
 12. que † refert, sive instituta Actio sit personalis, sive Realis. *Scacc.*
 13. *de ordin. judic. lib. 2. cap. 11. num. 1112.* Nec † solum contra
 scribentem probat, sed etiam contra ejus heredes. *Scacc. d. l. n.*
 14. *1113.* Contra † tertium tamen habentem publicum instrumentum
 non probat. *arg. l. 11. C. qui pot. in pign. Coler. de P. E. part. 3.*
cap. 1. num. 121. Scacc. d. rr. c. 11. num. 1124. Gail. 2. O. 25. n.
9. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 109. num. 4. Domin. Gait. de
credit. lib. 2. cap. 8. num. 2954.

XXXVI.

1. Quæ autem † de Executione modò sunt dicta, ea proce-
 dunt & locum habent, quando debitor factâ Recognitione con-
 2. tra chyrographum nullas habet exceptiones. Si quando enim †
 exceptione aliquâ peremptoriâ juvetur, tunc quantumvis ipse in-
 strumentum contra se productum recognoverit, nihil tamen, quod
 metuat, habet, sed paratam executionem easdem opponendo im-
 pedire

pedire poterit. Vel enim † in ipsâ executione easdem sibi reser-
 vavit, & salvis exceptionibus, prout sæpè fieri solet ab Advocatis 3.
 (Ste recognosciren salvis exceptionibus) Instrumentum recogno-
 vit, vel † à Judice salvis exceptionibus recognoscere justus est 4.
 hâc ferè formulâ: daß Beklagter seines Einwendens ungeachtet /
 daß von Klägern producirte Urtheil und Stigel / jedoch salvis Ex-
 ceptionibus zu recognosciren oder Endlichen zu diffiniren schuldig.
 Carpzov. *process. tit. 22. Art. 3. num. 1. & seq.* Et † utroque in 5.
 casu res bene se habet. Hujus † namque clausulæ salvis excepti- 6.
 onibus, nullus alius est intellectus, quam ut Reus documenta abs-
 que longioribus ambagibus recognoscat, postea tamen executio
 differatur, donec præteritis super Exceptionibus fuerit cognitum;
 vel si nihil de eo fuerit dictum, mandatum Judicis de recognos-
 cendo, salvis tamen exceptionibus interpositum censetur, eaque
 clausula tacitè subintelligitur, licet non semper verbis disertis in
 sententia exprimatur Carpz. *Process. Tit. 14. Art. 3. n. 25.* Imò † 7.
 quod amplius est, in ipsâ executione, Reo condemnato, facta quan-
 tumvis recognitione Instrumentorum, illas Exceptiones, quæ execu-
 tionem rei judicatæ impediunt, opponere integrum adhuc erit.
 Carpzov. *process. tit. 25. Art. 6. §. 6. v. c. † solutionis. Coler.*
d. process. execut. part. 3. cap. 1. num. 103. Carpzov. *process. tit. 8.*
22. Art. 3. §. 2. compensationis, non numeratæ pecuniæ, usura-
riæ prævitatis, Erroris calculi, simulationis, & si quæ sunt aliæ, quæ
in ipsâ executione opponi possunt, de quibus Carpzov. d. l. Ber-
lich. part. 1. concl. 57. Coler. de process. Executiv. part. 4. c. 1.
num. 22.

XXXVII.

An verò quemadmodum † ex Instrumento recognito datur 1.
 executio contra debitorem: Ita etiam recognitio ejusdem pariat
 hypothecam, inter Dd. non constat? Anton. Faber. *lib. 3. tit. 12.*
def. 7. num. 1. Eo † inquit jure utimur, ut ex solâ chirographi 2.
 agnitione vel denegatione inducatur jus tacitæ hypothece. Et ita
 † Senatum Dolanum pronunciassè, ex Grivell. *decis. 27. in fin. re-* 3.
 fert Johann. Domin. Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. num. 3184.* Ve-
 rum enim verò contraria sententia verior, scripturas non solum pri-
 vatas

- vatas recognitas, sed etiam publicas, nequaquam producere hypothecam, nisi expressè in illis de hypothecâ sit cautum. Nec enim † expressam habet hypothecam creditor, cum ea sine expressâ conventionem non possit existere. *arg. l. 1. ff. de pign. act. §. 7.*
5. *Inst. de Action.* Nec † tacitam habet ex lege hypothecam, quia sine expressâ lege tacita hypotheca statuenda est nulla. Merlin. *de pignor. lib. 3. quest. 36. num. 6. & quest. 35. num. 12.* Cum verò
6. hîc † deficiat legis dispositio, proinde sine LL. loqui erubescendum. Domin. Gait. *de credit. cap. 2. tit. 8. num. 3181. & seqq.*
7. Quam † sententiam ipse quoque Faber amplectitur in *tr. de Error. pragm. decad. 1. error. 1.* ubi contrariam sententiam stultam & absurdam dicit. Add. Coler. *de process. executiv. part. 3. cap. 1. n. 124.*

XXXVIII.

1. E contrario † Apocham ubi creditor recognoverit, tunc solutio debiti plenè probata censetur, Reusque absolvitur. Carpz. *process. tit. 24. Art. 3. §. 2.* Domin. Gait. *de Credit. tit. 2. cap. 8. num. 2951.* Nec † interest, sit ne ab ipso recognoscente, an verò ab alio ejus voluntate scripta. Non enim est de substantia Apochæ, ut sit manu creditoris scripta, vel ab eodem subscripta, sed ab alio quocunq̄ue scripta, aut ab eodem subscripta, vel subsignata & recognita, plenam facit fidem. Carpzov. *lib. 3. tit. 8. Resp. 79. num. 9.* Sigismund. Scacc. *de judic. lib. 2. c. 11. num. 1082.*
2. Epistolam † quando is à quo scripta dicitur, recognovit, tunc pro diversitate rerum, quæ in Epistolâ continentur, diversi etiam oriuntur recognitionis factæ effectus. Promissionem † namque ubi continet, inducitur per illam obligatio, modò promissio talis sit, quæ per Epistolam fieri possit. *l. 24. ff. de const. pecun. l. 2. ff. de O. & A.* Nec † non certissima est juris regula: Quòd
3. † Epistola contra scribentem vel scribi mandantem, modò ab ipso mittente fuerit confessata & agnita, plenè probet. *per text. in l. 26. §. fin. ff. deposit. cap. 2. Extr. de fid. Instrum. Carpzov. part. 1. const. 17. def. 34. num. 1.* Berlich. *p. 1. concl. 36. num. 50.* Pro scribente autem nequaquam. *arg. l. 5. l. 6. 7. C. de probat.*

XXXIX.

1. Deinceps † diversitas specierum recognitionis, diversos etiam producit effectus. Vel enim propriam † quis recognovit scri-
- 2.

Scripturam, vel alienam. Hoc ꝑ qui facit, necesse non habet
 contenta in eâ scripturâ fateri, quia potest Titius scripsisse me ef-
 se debitorem, & ego ejus manum recognoscens, id Titium scri-
 psisse fateri possum, quamvis debitor non sim. *Carpzov. Resp. lib.*
3. tit. 8. Resp. 79. num. 8. Proinde ꝑ recognitione manus factâ,
 is contra quem talis producitur scriptura, non obligatur ad debi-
 tum solvendum, nisi aliunde constet, ejus voluntate hoc scriptum
 esse. Hæc ꝑ quippe recognitio fidem tantum facit quoad ipsam
 scripturam, non verò quoad contenta in eâ, cum falsò scribi &
 exarari potuerit talis scriptura. *Immanuel Sutor d. tr. 0. 266. Carpz.*
d. l. Höpingk, de Jur. Sigill. cap. 13. num. 212. Scacc. de Judic.
lib. 2. cap. 11. num. 933. & num. 1080. Unde ꝑ si tutor dederit
 debitori pupilli Apocham seu quittance, de exsolato debito pu-
 pillari, licet pupillus, postquam ad legitimam ætatem pervenit,
 eam recognoverit, & tutoris manum esse confessus fuerit, non
 tamen hæc sola confessio tutoris pupillo præjudicabit, si suspicio
 fraudis & collusionis inter tutorem fraudulentum, & debitorem
 subsit. *vid. Carpzov. lib. 5. tit. 8. Resp. 67. num. 18. Montan. de*
Jur. tutel. & cur. cap. 32. Reg. 9. num. 123. Munoz. de Escobar.
de Ration, cap. 131. num. 31.

XXXIX.

In contumaciam ꝑ quoque ejus, cui per Interlocutoriam re-
 cognitio est demandata, documentum productum, pro recognito
 haberi, supra dictum fuit. Hujus autem fictæ ꝑ Recognitionis
 idem est effectus atque veræ. Fictio ꝑ enim tantundem opera-
 tur in casu ficto, quantum veritas in casu vero. *arg. l. 1. ff. de A-*
dopt. Dn. Tabor. in addit. Barbof. Thesaur. locor. commun. lib. 6.
cap. 13. ax. 5. Nempe ꝑ Reus, contra quem ita pronunciatum
 est, juris fictione non aliter ac si recognovisset, habetur, fateri-
 que censetur ea omnia, quæ documentis illis continentur, sic ta-
 men, ut non impediatur, quò minus exceptionibus suis perem-
 toriis, puta solutionis, compensationis, & aliis, quorum supra fe-
 cimus mentionem, etiamnum uti, easque contra documenta op-
 ponere possit. Effectus ꝑ namque hujus sententiæ se non ultra
 vim & operationem Recognitionis extendit, nec quidquam aliud
 efficit, quam Recognitio verè facta. Jam ꝑ verò supra dictum
 fuit,

E

fuit,

- fuit, Reum vel Recognoscentem exceptionibus suis peremptoriis, factâ verâ recognitione, audiendum, cum nemo ferè aliter, quàm salvis exceptionibus recognoscere videatur instrumenta, usque aded, ut hæc clausula semper subintelligatur, licet vel expressis verbis in sententiâ non exprimat: vel Reus eam sibi non reservaverit. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. num. 25.* Pro-
7. inde † fictæ recognitionis, non alius est effectus, quàm ut salvis exceptionibus, instrumenta pro recognitis haberi debeant. Ita in
 8. terminis † Carpzov. *process. d. l.* ubi hanc formulam sententiæ subjicit: Wann gleich die producirte Documenta per sententiam pro recognitis erkant; So wird doch Beklagter nichts minder mit seinen darwider habenden Exceptionibus peremptoriis billich & unge-lassen.

XL.

1. Num verò per interlocutoriam † recognoscere jussus, moram purgare, & contumaciam purgando recognoscere possit, quæstio est ab hoc loco non aliena? Quam tractatam quidem, sed satis obscurè deprehendimus apud Johann. Dominic. Gait. *de credit. tit. 1. cap. 2. num. 3238.* Pro † cujus resolutione, nulla apud nos existit dubitatio, quin lata nondum sententia interlocutoria: dass in contumaciam partis adversæ die producirte Instrumenta pro recognitis zuhalten etc. Reus † recognoscere jussus, comparando ante lapsum termini, fictam recognitionem declinare possit.
2. Si verò Instrumenta † in contumaciam partis, jam pro recognitis habita fuerint, tunc nullam purgationem contumaciæ vel moræ amplius admittendam arbitramur. Latâ enim sententiâ † interlocutoriâ, quâ mediante instrumenta pro recognitis habita fuerint, adversæ parti jus est quæsitum, quod ipsi nequaquam auferendum.
3. *per vulgat.* Deinde † sicut termino probatorio elapso, producens facultate producendi testes cadit, usque aded, ut mora ne quidem in continenti purgari possit. per tradita Carpzov. *process. tit. 13. Art. 1. §. 7.* Ita etiam † is qui recognoscere jussus est, termino elapso amplius audiri non debet. Johann. Domin. Gait. *de credit. cap. 2. tit. 1. num. 3244. & seqq.* Ubi † tamen hanc sententiam limitat variis modis: Et 1. † non obtinere dicit, ubi
4. ex lecturâ scripturæ per contumaciæ recognitiæ, indubitato 101

constat de credito Actoris, adeoque scriptura infallibiliter pro Actore non concludit. 2. † Fallere dicit, si contumax comparendo, velit per contrarias probationes contrarium demonstrare: vel 3. † per contumacem opponatur non numerata pecunie exceptio: Plures limitationes vid. apud eund. Porro † quisnam sit Effectus Recognitionis, quando Dominus ipse in iudicio praesens, quiq; simul habet facultatem recognoscendi, (de quo videri potest Theodor. Höpingk. *tr. de jur. Sigill. cap. 13. num.*) & quando † ejus nomine procurator Instrumentum recognovit, de eo supra dictum fuit. *Add. Carpzov. process. tit. 14. Art. 3. 5. 3. Moller. lib. 4. semestr. cap. 43. num. 3. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 3.*

XLI.

Sequuntur † nunc Affinia. Quorum primum † est comparatio literarum. Hanc † enim inter Recognitionis species referunt Dd. non pauci Sigism. Scacc. *de iudic. causar. civil. lib. 2. cap. 11. num. 999.* Johann. Dominic. Gait. *de credit. tit. 2. cap. 8. num. 2808.* Tametsi † ab hac nostrâ in multis differat. Præter ea enim quæ supra Th. 28. sunt dicta, comparatio † literarum est probatio subsidiaria & extraordinaria, Nov. 73. c. 7. quæ non locum habet nisi deficientibus aliis probationibus; Nempe † si scriptura negata propter mortem scribentis, vel absentiam testium subscriptorum, vel iisdem mortuis, est incognita, ut propterea recognosci ab heredibus haud possit: Quo casu † ne Instrumento omnis denegetur fides, haud sine gravi producentis præjudicio, succedit in locum Recognitionis comparatio literarum. *l. comparationes. 20. C. de fid. Instrum. & ibi Dd. Brunnem. Barbol. Gilken. Carpzov. lib. 3. tit. 8. Resp. 84. per tot.* Et proferuntur † tum alia instrumenta, alienæ literæ, quas constat scriptas esse ab eo, de quo quaeritur, & ex similitudine & comparatione literarum infertur, scripturam esse similem ei, quæ nunc producitur, & de quâ inter partes lis est, ut ad eam ex illâ similitudine convincatur, & arguatur eandem esse manum, & consequenter colligatur, eum qui scripsit eam scripturam, de quâ constat, & eam scripsisse, de quâ est controversia. *d. l. 20. C. de fid. Instrum.* Differt † hæc comparatio literarum quoque ab eâ recognitione, quæ fit

E 2

per

10. per testes. Hæc enim † non nisi per testes fit juratos. Comparatio verò † literarum quando fit, testes adhiberi necesse non est, sed sufficit adesse peritos, qui cognoscant manus & characteres, Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. num. 75.*

XLII.

1. Deinceps † in eo etiam differt comparatio literarum ab hæc nostrâ Recognitione. Scriptura † namque ab eo recognita, contra quem in iudicio est producta, plenam contra recognoscentem facit fidem, per superius tradita. Comparatio † autem literarum, quantam mereri debeat fidem, prudentis Judicis arbitrio relinquendum, qui probè consideret circumstantias omnes, cum reperiantur quàm plurimi, qui ita rectè aliarum manum literas atque characteres in scribendo imitantur, ut vix alteram ab alterâ etiam peritissimus quisque recognoscere possit. Gilken. *ad d. l. 20. C. de fid. instrum.* Johann Köpp. *decis. 46. num. 24. part. 1.* Unde † de Vespasiano testatur Suetonius in ejus vitâ *cap. 3. in fin.* illum imitari chirographa, quæcunq̃ vidisset, facile potuisse. Menoch. *de arbitrar. jud. quest. lib. cent. 2. cas. 114. add. Trentacing. V. R. lib. 2. Resol. 7. num. 6.* Deinceps, † teste Imp. Justin. *in Nov. 73. in pr.* Non ita scribit, juvenis & robustus, ac senex & fortè tremens, sæpè autem & languor hoc facit, & calami atramenti que immutatio, per omnia aufert puritatem, atque ita fieri potest, ut sint similes scripturæ, non sint tamen ejusdem authoris, & contra, ut sint dissimiles, & tamen ab eodem auctore exarata. Donell. *ad d. l. comparationes. 20. C. de fid. instrum.* Aded † ut lynceus hic Judex habeat oculos necesse sit, & advertat, ne tam facile comparationi literarum credat. Menoch. *d. cas. 114.* Quin verò † huic comparationi literarum nonnunquam Judex plenam facere fidem possit, accedentibus præsertim iis, de quibus *in d. N. 73.* & quæ Dd. passim tradunt, nulli dubitamus, vid. latè Dominic. Gait. *de credit. tit. 8. cap. 2. n. 2833. Scacc. lib. 2. c. 11. n. 1000.*

XLIII.

1. Coeterùm † ut comparationi literarum locus sit, requiritur inter alia, ut petentes comparationem jurent, quòd neque lacri causa neque inimiciis, neque gratia tenti hujusmodi faciant comparationem. Et quòd † non aliàs habeant probationes, quia si habe-

habent, comparatio non concederetur, cum sit, uti supra dictum
 subsidiarium remedium. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. num. 74.*
 Idem *lib. 3. tit. 8. Resp. 84.* Johann Dominic. Gait. *de credit. tit.*
8. cap. 2. num. 2819. Fieri tamen item recognitio debet à viris in hoc 3.
 genere collationis peritis. Nec non tamen ex aliis instrumentis in- 4.
 dubitatis, trium testium subscriptione munitis, vel etiam ex pri-
 vatà scripturà quæ ex Archivo publico producitur. Porro tamen viri 5.
 illi periti debent ductus literarum diligenter inspicere. Quod ve-
 rò nonnulli tamen hoc insuper requirunt, ut scriptura, propter quam, 6.
 seu ad quam fit comparatio literarum, à tribus testibus sit subscri-
 pta, & quod eadem solennitates requirantur quoad subscriptio-
 nem in unâ, quæ in alterâ requiruntur: illud verbis & menti Ju-
 stin. in *l. comparationes. C. de fid. Instrum.* reclamatur, sicuti bene
 animadvertit Carpzov. *lib. 3. tit. 8. Resp. 84. num. 8.* & ex eo
 Brunnem. *ad d. l.* Duplex tamen enim ibi requiritur scriptura, una, 7.
 ex quâ fit comparatio, quæ debet esse certa, approbata & indu-
 bitata, ita, ut dubitari non possit eam esse scriptam per debito-
 rem, quia id quod probat, debet esse clarius & certius eo, quod
 est probandum. Altera tamen dicitur ad quam, & est illa, quæ in ju- 8.
 dicio producitur contra debitorem, & per eum negatur, ad quam
 probandam devenitur per literarum comparationem, hæc ergò scri-
 ptura, ut à testibus sit subscripta, necessarium non est. Add. Joh.
 Dominic. Gait. *de credit. tit. 8. cap. 2. n. 2808. & mult. seqq.*

XLIV.

Inter Affinia tamen quoque referri potest Recognitio per testes, 1.
 de quâ latè Domin. Gait. *de credit. tit. 2. cap. 8. num. 2745. &*
mult. seqq. Sigism. Scacc. *de iudic. causar. civil. lib. 2. cap. 11. n.*
952. & seqq. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. §. 6.* Berlich. *part.*
2. concl. 44. num. 22. & seqq. Moller. *lib. 4. semestr. cap. 43. n.*
 4. Si enim, tamen uti supra dictum, documenta producens, ea per 2.
 testes probare malit, quàm diffissioni adversæ partis juratæ sub-
 mittere, audiendus est. Carpzov. *d. l.* Berlich. *d. l.* Moller. *d. l.*
 Coler. *de P. E. part. 3. cap. 1. num. 38.* Quo casu tamen testes jura- 3.
 re coguntur, sive confiteantur scripturam, sive diffiteantur. Carpz.
d. l. Testibus tamen injuratis non creditur. *l. 9. C. de test. c.*
quoties. 5. Extr. eod. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. n.* In hæc tamen 4.
 E 3 verò

- verò scripturarum probatione plures casus sunt distinguendi: vel
6. enim † testes deponunt de contentis scripturæ, adeòque de ipso negotio gesto attestantur, & res benè se habet Domin. Gait. de credit. lib. 2. tit. 8. num. 2784. vel testes † dicunt, sibi notam tantum manum esse scribentis, licet ipsi scriptioni non fuerint præsentis: quo casu itidem plenam testibus adhibendam fidem putat Carpzov. tit. 14. Art. 3. §. 6. & alii, quos laudat. Berlich. part. 1.
 8. concl. 44. num. 22. Sed contrarium † nobis verius videtur; quia testes facilè possunt decipi super literarum & manus recognitione. Hancque † sententiam amplectitur Gait. Scacc. dd. ll. Berlich. d. l. num. 22. ubi varias addit limitationes. Moller. lib. 4. semestr. cap. 43. num. 4. vel testes dicunt, non tantum notam sibi esse manum scribentis, verùm etiam se præsentis fuisse, dum scriberetur
 10. documentum: quo casu † testes plenè probare communis quidem est Dd. conclusio: Berlich. Carpzov. Moller. Coler. dd. ll. Sed † arbitrio Judicis id relinquunt alii. Gait. d. l. Sigismund. Scacc. d. l. vel denique testes, qui scriptioni ceu testes interfuerunt, seseque subscripserunt, manum suam recognoscunt, suamque subscriptionem, & plenam testibus adhibetur fides. Dominic. Gait. de credit. lib. 2. Tit. 8. n. 2789. Etiam si † à neutrà parte scripturâ esset subscripta, dummodo testes subscripti testificentur eam scriptam fuisse à tertio de voluntate partium. Matth. de Afflict. decis. 104.
 13. Domin. Gait. d. l. num. 2791. Quod † etiam procedit, licet testes in eorum depositionibus hoc non dicant, dummodò tertius scribens testetur de hoc in eadem scripturâ, demum per testes subscripta, Gait. num. 2793.

XLV.

1. Sequuntur † nunc Contraria. Quo præter ea, de quibus in præcedentibus fuit actum, quæve ab initio impediunt, quò minus Recognitio dicatur legitimè facta, suosque producat Effectus, pertinet Instrumenti diffessio. Nimirum, † uti ex Antecedentibus patet, recognoscere jussus, habet electionem, num scripturam contra se productam pro suâ & à se suoque nomine conscriptam agnoscere, & contenta in eâ fateri: an verò juratò diffiteri velit. Posterius † si elegerit, audiendus est, modò, uti superius dictum, mediante juramento id faciat. vid. Th. 32. Carpz.

Carpzov. p. 1. d. 38. num. 4. Max. p. 3. d. 172. num. 6. Utrum
 verò † hoc juramentum sit veritatis, an verò credulitatis, distin- 4.
 ctione adhibitâ expediri facile poterit. Vel enim scripturam pro-
 priam quis recognoscere jubetur, vel scripturam alienam. Priori
 † casu, si debitor ex proprio obligationis instrumento conven- 5.
 tus, id diffiteri velit, de veritate ab ipso jurandum est, cum nemo
 alius exactiorem manus suæ quàm ipsemet notitiam habeat, pro-
 inde jurare quoque debet: *dass es seine Hand und Siegel* (vel
 quod idem est) *setn Brief und Siegel nicht seye*. Idque † eo 6.
 minus dubium habere videtur, quia præstatur super facto proprio,
 num ipse videlicet scripserit instrumentum, vel suo nomine id scri-
 bi mandaverit alii, quod soli alicujus conscientia committi potest,
 ita ut juretur de veritate. Posteriori † casu, quando scriptura a 7.
 liena ad recognoscendum, vel juratò diffitendum producitur, ma-
 gis credulitatis quàm veritatis juramentum est. Namque † re- 8.
 cognoscere scripturam, vel eandem diffiteri, uti supra dictum, im-
 ponitur etiam ei, qui scripturam ignorat. Quomodo † autem 9.
 quæso aliquis jurare poterit de veritate Rei, quam ignorat. vid. ta-
 men Carpzov. *process. tit. 12. art. 5. num. 33*. Hinc † cum tutor 10.
 recognoscere jubetur instrumentum contra pupillum productum,
 ipsi tutori recognitionem, aut juratam diffessionem imponi posse,
 ex antecedentibus liquet. Add. Carpzov. *process. tit. 14. Art. 3. n.*
43. Jam † verò certum est, quòd tutor in causâ pupilli regula- 11.
 riter juramentum veritatis præstare non cogatur. *Grave † enim* 12.
esse. & ignorantes & invitos tutores sub alieni compendii emolu-
mento, etiam perjurium anceps subire, Divi Fratres rescripserunt
in l. 4. pr. ff. de in lit. jurand. Jusjurandum itaque hoc diffessi-
 onis à tutore prælitum credulitatis potius, quàm veritatis. Carp-
 zovi *process. tit. 14. Art. 3. num. 45*. Berlich. *decis. 264. num. 1*.
 Max. *ad jus Lubec. lib. 1. tit. 2. Art. 3. in fin.* Idem † dicendum 13.
 de hærede, cui recognitio Instrumenti à defuncto scripti injungi-
 tur. Nam † & hic super defuncti facto juramentum veritatis præ-
 stare non cogitur. *l. 11. §. 2. ff. rer. amot. d. l. 4. de in lit. jurand.*
 Carpzov. *lpr. For. part. 1. const. 12. def. 40. & 41*. Berlich. *part.*
1. concl. 32. num. 19.


Inter

XLVI.

- II. Inter † recognitionem ergò & diffessionem hoc interest, Illic fatetur quis scripturam & contenta in eâ: hîc verò negat. Ac propterea recognitione factâ plena fides attribuitur scripturæ, atque recognoscere jussus condemnatur, sententiâque executioni mandatur. Si † autem quis negaverit esse manum vel sigillum suum, aut hoc se conscio vel consentiente appositum, utique mediante juramento diffitetur, tunc absolvendus venit. Siquidem † ea diffessio hoc operatur, ut in processu Executivo vim habeat litis contestationis negativæ. *Mæv. part. 3. decis. 172. num. 7. Carpzov. process. tit. 1. Art. 3. num. 29. lib. 4. Resp. 9. num. 9.* Remque
4. † planè illiquidam facit, ac proinde executionem suspendit, efficitque, ut probatione Aëtor vel alius qui juramento diffessus est,
 5. opus habeat. *Mæv. lib. 3. decis. 172. num. 7.* Quod † procedit & locum habet, licet is, qui juramentum diffessionis præstitit, aliâ ratione falsum esse chyrographum contra se productum non ostenderit, nam & hunc, licet nihil præstiterit, absolvi debere constat *arg. l. 4. C. de Edend. Mæv. decis. 172. p. 3. in fin. Carpzov. process. tit. 22. Art. 2. num. 30.* Deinceps † illud quoque inter recognitionem & juratam diffessionem interest. Illa † fieri potest etiam per procuratorem. *vid. Th. 17.* Ast diffessio † jurata multis in locis per procuratorem nequaquam. *Carpzov. process. tit. 14. Art. 13. num. 38. 39. Moller. lib. 4. semestr. 6. 43. num. 3. Berlich. p. 1. concl. 44. num. 20.* Denique † ut vela contrahamus, illud quoque animadvertendum, quòd non omnibus in casibus, quibus locum habet recognitio, locus etiam sit juratæ diffessionis. Sane
 10. † publica instrumenta licet in terris Saxonis recognitione egeant, ad juratam tamen diffessionem instrumenti publici, neminem admittendum, superius demonstratum fuit. *Carpzov. process. tit. 14. Art. 3. num. 48.* Illud tandem hic monendum fuit, quòd diffessionis juratæ locus sit, non solum ubi quis scripturam à se vel suo nomine scriptam negat: sed etiam quando quis dicit se ignorare illam scripturam. *Dn. Mæv. decis. summ. Tribunal. part. 4. decis. 147. n. 5. Berlich. part. 1. concl. 44. n. 46.*
Sutor, d. tr. th. 247.

Tantum!






X 26159 13

VD17





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

U. ¹⁶ 18.

UGURALIS ^{1670, 3,}

TIONE

ENTI, ¹³

Decreto

Amplissimi Cto-

EBERHARDINA,

RDO BAR.

and, Prof.

A

onores ac Privi-

sequendi,

O V A

unij.

Examinei subicit

edt / Staden.

CI REISI,

XX.

